Lingua creola Haitiana

Lingua creola Haitiana (Haitiane: *kreyòl*) lingua creola colloquialis et scripta est, qua 8,500,000 Haitianorum in Haitia loquuntur. Circiter millio? hominum hac lingua in insulis Bahamensibus, Cuba, Canada, insulis Caimanensibus,[1] Republica Dominicana, Guiana Francica, Guadalupa, Portu Divite, et Civitatibus Foederatis utuntur. Vocabularium huius linguae in lingua Francica fundatur, sed linguis Fonica, Eveica, Congensi, Yoruba, Igbone adfectus. Quamquam, harum Africarum linguarum pondus valde magnum creoli evolutioni non fuit.

Lingua creola Haitiana Kreyòl ayisyen	
Taxinomia:	lingua creola in Francica fundata
Locutores:	14 000 0000
Sigla:	1 ht, 2 hat, 3 hat
Status publicus	
Officialis	Haitia
Privata	Haitia, Insulae Bahamenses, Cuba, Canada, Insulae Caimanenses, Respublica Dominicana, Guiana Francica, Guadalupa, Portus Dives et CFA
Litterae:	
Scriptura:	Latina
Procuratio:	

Ex anno 1961, lingua Haitiana lingua publica agnoscitur, cuius litterarius usus anecdoticus?, sed crescens est. Multi locutores bilingues sunt, et Francice et Haitiane loquuntur, sed Haitiana inferiorem statutum quam Francicae habet, qua utuntur tum media communicationis tum diaria tum radiophonia.

Usus extra Haitiam

Haitiani emigrantes, praesertim in Civitates Foederatas et Canada lingua Haitiana utuntur. Praesertim in Monte Regio, Quebeci, Novi Eboraci, Bostoniae, Miamiae, in Arce Lauderdalensi et Litore Palmensi[2] extensus est. Alicubi Haitiani emigrantes possibilitatem, ut Haitiane discantur et documenta accipiant et impleant, habent. Etiam tituli Haitiane in metropolitanis stationibus sunt. In America Septemtrionali, multimediorum inter civitates reticulationes Haitiane etiam inveniuntur. Televisificus et radiophonicus tramites sunt.

Haitiana lingua et cultura in plurimis universitatibus Civitatum Foederatarum Bahamensiumque docentur.

In Cuba lingua Haitiana saepissime in usu est, ubi ea utuntur circiter 300 000 advenarum ex Haitia. In Cuba quoque plurima communia sunt, ubi incolae eum pro linguam conloquialem habent. Circiter 150 000 hominum hac lingua in vicina Republica Dominicana utuntur.

Exempla vocabularii

Haitiane	Francice	Latine
bagay	*bagage*	sarcinae
bannann	*banane*	banana
bekàn	*bécane*	birota
diri	*du riz*	oryza
lakay	*la cahute* /la kayt/	casa
kle kola	*clé*	extrahaculum
kawoutchou	*caoutchouc*	cummis
lin	*lune*	luna
makak	*macaque*	macaca
matant	*ma tante*	amita, matertera
moun	*monde*	mundus
mwen	*moi*	ego
nimewo	*numéro*	numerus
etazini	*États-Unis*	Civitates Foederatae
piman	*piment*	chili
pwa	*pois*	pisum
tonton	*tonton*	patruus, avunculus
vwazen	*voisin*	vicinus
zwazo	*oiseau*	avis
ye	*yeux*	oculi

Notae

1. "Dioecesis (http://www.catholic-hierarchy.org/diocese/dcaym.html)" e *The Hierarchy of the Catholic Church (http://www.catholic-hierarchy.org/)* (situs a Davide M. Cheney elaboratus) **(Anglice)**
2. "Dioecesis (http://www.catholic-hierarchy.org/diocese/dpalm.html)" e *The Hierarchy of the Catholic Church (http://www.catholic-hierarchy.org/)* (situs a Davide M. Cheney elaboratus) **(Anglice)**